

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Venerabilis Beda: Homilie zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

Uincere diabolum corpus tra-
dere. Contempnere uiscera.
tormenta expendere. Lassa-
re tortorem. Capere de inui-
rus gloriam. de morte uitae
non uirtutis humanae. sed
muneris est diuini.

IT INNAT. EORUND. INNOC.
LECTIO SCI EUANGELI
SECUNDUM MATHIEN.

In illo temp. Angelus dni
apparuit in somnis ioseph
maerenti dicens. Surge
& accipe pueru et matre eius.
& uade in terra isrl. Defun-
cti sunt eni qui quaerebant
animam pueri. et reliqua.

OMET VEN BLEDE
DEEADDEM LECT.

DE MOR-
TE PRETIO-
sa martyrum xpi innocenti-
um. sacra nobis est frs kmi

euangelii lectio recitata. In
qua tamen omnium xpi mar-
tyrum pretiosa est mors desi-
gnata. Quod enim paruuli oc-
cisi sunt. significat per humi-
litatis meritum. ad martyrii
perueniendum gloriam. Et
quia nisi conuersus fuerit quis.
et effectus ut paruulus. non
possit animam dare pro xpo.
Quod in bethleem et in omnib.
finibus eius occisi sunt. Oстен-
dit non solum in iudaea. unde
ecclesiae coepit origo. sed &
in omnibus eiusdem ecclesiae
finib. quacumq. per orbem
diffusa est. persecutione sae-
uituram perfidorum. et pio-
rum patientiam esse coronanda.
Quia bimi occisi sunt. doctrina
et operatione perfectos indi-
cant. Quia uero infra. sim-
plices uel idiotas. fidei tam-
non fictae constantia fortes

aeque denuntiant. Quod
illi quidem occisi sunt. sed
xpc qui quaerebatur uiuens
euasit. Insinuat corpora qui
dem ab impijs posse periri.
sed xpm pro quo persecutio
tota facit. nullatenus eis
uel uiuentib. uel occisis pos
se auferri. sed eos ueraciter
contestari. quia siue uiuimus ^{clio}
^{uium} siue morimur. dno morimur.
Siue enim uiuimus siue morimur.
dñi sumus. Quod iuxta uati
cinium hieremiae. uox in tra
ma idest in excelsis audita ē.
ploratus et ululatus. mani
feste denuntiat luctum scāe
ecclesiae. quo de iniusta mem
brorum suorum nece gemit.
Non ut hostes garrunt in uacu
um cedere. sed usq. ad solium
superni ascendere iudicis.
Et sicut pro martyris abel
ita & iam sanguinem cæro

rum martyrum de terra cla
mare ad dñm. iuxta illud uiri
sapientis. Non despiciat pre
ces pupilli. nec uiduam si ef
fundat loquelam gemitus.
nonne lacrimae uiduae ad
maxillam descendunt. & ex
clamatio eius super ducente
cas. **A**maxilla enim ascen
dunt usq. ad caelum. et dñs
exauditor non delectabitur
in illis. Quod rachel ploras
se dicitur filios suos. nec uo
luisse consolari quia non sunt.
significat ecclesiam plorare
quidem scōrum de hoc seclō
ablationem. sed non ita uel
le consolari. ut qui saeculū
morte uicerunt. rursus ad
saeculi certamina secum to
leranda redeant. Quia mi
rum non sunt ultra reuo
candi in mundum. de cuius
erumnis semel euaserunt

coronandi ad xpm. Rachel
namq. quae ouis aut uidens
dnm dicitur. ecclesiam figu-
rate demonstrat. Cuius tota
intentio ut uidere dnm merea-
tur inuigilat. Et ipsa est
ouis centesima quam pastor
bonus relictis in caelo nona-
ginta nouem ouibus angeli-
carum uirtutum abire que-
rere in terra. Inuentamq.
suis inposuit humeris. & sic
reportauit ad gregem.

Quaeritur aut iuxta litteram
quomodo Rachel plorasse di-
catur filios suos. cum tribus
iuda quae Bethleem tenebat
non de Rachel. sed de sorore
eius Lia fuerit orta. Ubi
tamen facilis patet respon-
sio. quia non tantum in Beth-
leem. uerum & iam in omib.
finibus eius pueri sunt om-
nino trucidati. Tribus aut benia-

min quae de Rachel orta est.
proxima fuit tribui iude.
Unde merito credi debet. qd
plaga crudelissimae necis.
non paucos & iam beniami-
neae stirpis pueros inuolue-
rit. quos progenies Rachel
elata in excelsum uoce plo-
rauerit. Potest & aliter in-
tellegi. quia Rachel iuxta
Bethleem sepulta est. sicut
titulus monumenti eius ma-
nens usq. hodie testatur ad
occidentem ciuitatis. ultra
uiam quae ducit Hebron.
Quod ea quae in loco eodem
agebantur. ipsa egisse pro-
phætico locutionis modo
recte dicatur cuius corpo-
re & nomine locus ipse fu-
erat insignis. Quod dñs
ipse ne occideretur ab Hero-
de sublatus est a parentib.
In aegyptum. significat

f. fimo

electos saepius malorum in p
bitate. suis effugandos sedib.
uel etiam exilio damnandos.
Ubi simul exemplum datur fi
delibus. ne dubitent rabiem
persequentium ubi oportu
num fuerit declinare fugien
do. cum hoc dñm ac dñm suum
fecisse meminerint. Siquidem
ipse qui erat suis praecepturus
cum uos persecuti fuerint in ci
uitate ista. fugite in aliam.
Prius fecit quod praecepit fugi
endo hominem quasi homo
in terra. quem magis paulo
ante monstrauit stella de celo.
Quod occisis pro dño pueris. he
rodes non longe post obiit.
& ioseph monente angelo
dñm cum matre ad terram
isrl̄t̄ reduxit. significat om̄s
persecutiones quae contra
ecclesiam erant mouendae.
ipsorum persecutorum moſte

uindicandas. eisdemq. multa
tis persecutorib. pacem eccle
siae denuo reddendam. & sc̄os
qui latuerant. ad sua loca fu
isse reuersuros. Possumusq.
odium herodis quo perdere
h̄m uoluit. super persecuti
onibus quae apostolorū sunt
temporib. factae in iudaea
specialiter accipere. quando
in ualescente inuidia. praedi
catores sunt uerbi pene om̄s
sunt expulsi de prouincia. &
ingentib. praedicaturi sunt
longe lateq. dispersi. Sicq.
factum est ut gentilitas quae
per aegyptum figuratur.
peccatis ante tenebrosa lu
men uerbi perciperet. Hoc est
enim puerum ih̄m et matrem
eius per ioseph in aegyptum
transferri. fidem scilicet domi
nicae incarnationis. & ecclesie
societatem. per doctores sc̄os

gentibus committi. Quod
 erant in aegypto usq. ad obitu
 herodis. indicat figurate fide
 xpi in gentib. mansuram donec
 plenitudo earum introeat. &
 sic omnis israhel saluus fiat.
 Obitus quippe herodis termi
 num intentionis maliciosae
 qua nunc contra ecclesiam
 iudaea saevit insinuat.
 Occisio paruulorum. morte
 humilium spu. quos fuga
 to a se xpo iudaei pereme
 re designant. Quod autem
 defuncto herode. redit ad
 terram isrlt ihc. finem scilicet
 denuntiat. quando enoch
 & helia praedicantibus. iu
 daei sopita modernae inui
 diae flamma. fidem uerita
 tis accipient. Et bene cu
 iudaeam deserit fugere. &
 hoc in nocte dicitur. Cum
 uero reuertitur in illam.

non solum fugae. sed nec no
 ctis fit mentio. Quia nimi
 rum quos obpeccatorum
 tenebras olim persecutores
 reliquit. ipsos oblucem fi
 dei. tandem se quaerentes
 reuisit. Quod damnato
 licet herode. ioseph timo
 re archelai filii eius in iu
 daeam ubi metropolim
 habebat ire formidans.
 monente angelo in naz
 areth galileae secedit. ulti
 ma praesentis ecclesie
 tempora designat. Quan
 do pea quae nunc est uni
 uersali gentis illius caecita
 te. qua xpianos inquan
 tum ualet persequi non
 desistit. Acrior in quibus
 dam anti christi persecu
 tio consurgit. Et quide
 plurimis ad praedicatio
 nem enoch & heliae aper

fidia conuersis. sed cœeris
ad instinctum antichristi.
tota intentione contra fi
dem dimicantibus. Pars
igitur iudaeæ in qua regna
bat archelaus. perfidos an
tichristi sequaces ostendit.
Porro nazareth galileae quo
dn̄s transfertur. partem
gentis eiusdem quae tunc
temporis perfidem xp̄i est
susceptura designat. Unde
bene galilea. perpetrata
transmigratiō. Nazareth.
flos aut uirgultum ei
interpretatur. Quia nimi
rum sc̄a ecclesia. quo arden
tiore desiderio ab his quae
interris uidet. ad caelestia
p̄merenda transmigrat. eo
maiore spiritalium abun
dat flore ac germine uirtu
tum. Unde oportet fr̄s km̄i
quia primitias martyrum

hodierna festiuitate ueneram.
de aeterna quae in caelis est
martyrum festiuitate sedu
le cogitemus. Eorumq. ue
stigia in quantum possumus
sequendo. et ipsi eiusdem
festiuitatis supernae parti
cipes existere curemus.
Testante apostolo. Quasi
foculi passionum fuerimus.
simul et consolationū erim.
Nectam de morte eorum luge
amus. quam de iusta palme
perceptione laetemur.
Siquidem singulos eorum cū
per tormenta pellerentur
ex hac uita. Rachel gembun
da. id est ecclesia quae genu
it. luctu lacrimisq. p̄secutae.
Sed iam hinc expulsos super
na hierusalem quae est ma
ter omnium nr̄m. Mox in
aliam uitam obuiis lacticie
ministris exceptit. Atq. in

gaudium dñi sui perpetuo co-
ronandos introduxit. Unde
dicit iohannes. Stabant ante
thronum in conspectu agni.
amicti stolis albis. et palmae
in manib. eorum. Stant enim
modo ante thronum dī coro-
nati. qui quondam ante thro-
nos iudicum terrenorum iace-
bant poenis attriti. Stant
in conspectu agni nulla rati-
one illic a contemplanda ei⁹
gloria separandi. ac uis hic
amore nec per supplicia pote-
rant separari. Stolis fulgent
albis. et palmas in manib. ha-
bent. quia praemia in operi-
bus habent. dum corpora
quae p dño ignib. ac bestis
dilacerari. flagris absumi.
per precipitia dissolui. ungu-
lis abradi. omnimodo poe-
narum genere passi sunt dis-
sipari. per resurrectionem

glorificata recipiunt. Et
clamabant inquit uoce ma-
gna dicentes. Salus dñi
qui sedet super thronum &
agno. Magna enim uoce
salutem dō decantant. qui
magna gratiarum actione
recolunt. non sua se uirtute.
sed ipso auxiliante tribulati-
onum impugnantium supe-
rasse certamina. Dicit iterū
eorum et praeteritos agones.
et coronas describens perpe-
tuas. hi sunt qui uenerunt
de tribulatione magna. & la-
uerunt stolas suas. et de alba
uerunt eas in sanguine agni.
Stolas quippe martyres in
sanguine agni lauerunt.
dum membra sua quae ocu-
lis insipientium uisa sunt
poenarum squalore faedari.
sic potius fuso p xpo sangui-
ne. ab omnib. munda uere-

contagius. Insuper et be-
ata immortalitatis luce
digna reddidere. quod
est lotas etiam dealbas
se stolas in sanguine agni.
I deo sunt inquit ante thro-
num di. et seruiunt ei die ac
nocte in templo eius. Non
est laboriosa sed amabilis
& optanda seruitus indi-
laudibus perpetuo assistere.
Dies quippe & nox. non uicis-
situdinem temporis proprie
sed perpetuitatem tropice.
significant. Nox enim non
erit illic. sed dies una melior
in atriis xpi super milia.
In qua non plorat rachel filios
suos. sed absterge & di omne
lacrima ab oculis eorum.
Dantq. uocem laetiae & salutis
& aeternae. in tabernaculis iu-
storum. in qui uiuit & regnat
di per omnia secla seclor. am.

IN OCTONIS SERMO

BEATI MAXI-
MI EPI.



per paternam sollicitudinem
in instructione diuini sermonis
edoctos. uniuersas kalendaru
super uementium uanitates
declinare penitus et horrere.
Ad perfectionis tamen emen-
dationis augmentum. non me-
piguit usitatum uris aurib.
inferre sermonem. Sicut
ait beatissimus paulus; FRs.
eadem uobis scribere. mihi qui-
dem non pigrum. uobis aut
necessarium. Necessarium
dilectissimi nec superfluum
reor. si pro commonitione ca